

Letter 626: [End of September 1536, Strasbourg, Capito] to Guillaume Farel

This cryptic note, which likely was the postscript to a letter that is no longer extant, is printed in Herminjard 4:84–5, Ep. 572.

Exciderat hoc: Helveticae ecclesiae querebantur, sibi non [esse] occasionem agendi cum Gallo, et tantum per illius legatos, si quis forte pro rege ipsos sollicitaturus advenerit. Sunt multa pia pectora. Sunt et imprimis studiosi multi publicae fratrum tranquillitatis. Nondum potui invenire fratrem. Videtur autem proxima ratio, ut hinc ad Comitem Wilhe[ ]mum scribatur. Nescio tamen an frater posset curare literas perferendas. Hoc sciam postea.

Frater iam annuit. Litera[s]<sup>1</sup> igitur a consule accepit, quas ego scripsi: ipse sua manu descripsit ad Comitem Wilhelmum. Nam verebatur sero rediturum a Duce. Ora Dominum pro ecclesiis nostris.

---

<sup>1</sup> Corrected from 'literae'.